

AÑO 23. Lunes 16 Julio de 1883. NÚM. 532.

---



# BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO del OBISPADO DE MALLORCA.

---

OBISPADO DE MALLORCA.

---

## Circular núm. 47.

En cumplimiento de lo ordenado por el Eminentísimo Sr. Cardenal Vicario de Su Santidad en su Circular de 1.<sup>o</sup> de Febrero del presente año inserta en el *Boletin Oficial Eclesiástico* de esta Diócesi correspondiente al sábado 30 de Junio próximo pasado página 172, advierto á los RR. Párrocos y Coadjutores en anejo, que si en su respectiva Iglesia ó en algun Oratorio público ó privado de su distrito se da culto y veneracion á reliquias de Santos que se hayan recibido desde el año 1874, aun cuando las letras auténticas sean de fecha anterior, me den oportunio aviso de la existencia de dichas reliquias y me exhiban los rescriptos auténticos de su concesion sin exceptuar los que hayan sido ya visados por esta autoridad diocesana y que contengan la licencia necesaria para exponer las reliquias á la veneracion pública, con el objeto de practicar las diligencias necesarias para la averiguacion de la legitima procedencia de dichas reliquias y de que los que las obtuvieron y trasmitieron á otros, no fueron victimas del sacrilego tráfico de los pérfidos falsarios á quienes se refiere la citada Circular del Eminentísimo

mo Sr. Cardenal Vicario y las Letras del mismo expedidas en 1881 de órden de Su Santidad.

Recomiendo en consecuencia encarecidamente á los RR. Párrocos y Coadjutores y aun á to los los Eclesiásticos que tengan noticia de qué en alguna Iglesia ú Oratorio ó en poder de alguna persona particular exista alguna reliquia recibida de Roma desde principios del año 1874, el mayor cuidado en comunicarme la referida noticia para los fines indicados.

Palma 12 de Julio de 1883.—MATEO, *Obispo de Mallorca.*

## Circular núm. 48.

*A los RR. Ecónomos de los curatos vacantes de la Diócesi.*

Habiendo nuevamente suplicado á nuestro Santísimo Padre el Papa Leon XIII se dignase prorrogar la concesion otorgada en 23 de Febrero de 1880 en virtud de la cual se dispensó *ad triennium* de la obligacion de aplicar la misa *pro populo* en los dias festivos suprimidos por decreto Pontificio de 2 de Mayo de 1867 á los RR. Ecónomos de las parroquias vacantes en razon de tener asignada menor dotacion que los Párrocos propios de los curatos de la misma clase, y á causa de percibirse las asignaciones con un considerable descuento, hemos recibido el siguiente Rescripto de la Sagrada Congregacion del Concilio:

«*Die 25 Junii 1883.—SSmus. Dominus Noster, audit a relatione infra scripti Secretarii Congregationis Concilii, prævia sanatione quoad præteritum, petitam prorogationem ad septennium tantum, si tamdiu circumstantiæ perduraverint, servata in reliquis forma præcedentis indulti, Episcopo Oratori benigne imperitus est.—L. Card. Nina Praefectus.—Locus sigilli.—S. Verga Secretarius.*»

Por tanto, en uso de las facultades Apostólicas que Nos han sido delegadas mediante el precedente Rescripto, dispensamos á los RR. Ecónomos de los curatos vacantes de nuestra Diócesi que actualmente son y por tiempo fueren de la obligacion de aplicar la misa *pro populo* en los dias antes expresados durante el próximo septenio contado desde esta fecha, si antes de espirar dicho plazo no se satisfacen integras y sin descuento las asignaciones personales del Clero, en cuyo caso se les comunicarán por esta autoridad diocesana las oportunas instrucciones.  
—Palma 13 de Julio de 1883.—MATEO, *Obispo de Mallorca.*

### SECRETARÍA DE CÁMARA EPISCOPAL.

*SUSCRICION abierta en la Secretaría de Cámara Episcopal para la conclusion de las Obras de restauración de la Santa Iglesia Catedral.*

	Reales.	Cts.
Suma anterior. . . . .	29.692	»
D. Gabriel Martorell y Rubí . . . . .	100	»
D. Pascual Ribot y Ferrer á mas de la suscripción. . . . .	480	»
D. Luis Estade y Sabater Pbro. Beneficiado en la Santa Iglesia. . . . .	300	»
D. Francisco Arrom Pbro. Catedrático del Seminario. . . . .	200	»
El Sr. D. Joaquin Pavía, Arquitecto Diocesano y Director facultativo de las obras de reparacion y restauracion de esta Santa Iglesia, ha cedido generosamente á favor de las mismas cuantos honorarios pueden haberle correspondido por sus trabajos, comprometiéndose además		

por todo el tiempo que continúe desempeñando el expresado cargo, á dirigir sin retribucion cuantas obras se vayan ejecutando en lo sucesivo con igual objeto.

D. Francisco Mir Pbro. Mayordomo y Catedrático del Seminario. . . . .	200	"
Ilmo. Sr. D. José Banús Presidente de la Audiencia. . . . .	100	"
	<hr/>	
Suma. . . . .	31.072	"

Palma 14 de Julio de 1883.—*Guillermo Puig*, Canónigo Secretario.

---

Del *Boletín Eclesiástico* de Ávila tomamos lo siguiente.

«MATRIMONIOS DE RECLUTAS DISPONIBLES.

---

«El Excmo. Sr. Gobernador militar de esta provincia ha tenido la bondad de facilitarnos una copia de la siguiente Real orden, cuya publicacion hemos creido conveniente por considerar aplicable la resolucion contenida en la misma á todos los casos análogos que puedan ocurrir en este Obispado.

»Dice así:

«*Capitanía general de Castilla la Vieja.—E. M.—Sección 1.<sup>a</sup>*—Excmo. Sr.—El Excmo. Sr. Ministro de la Guerra en 18 del actual, me dice:

»Excmo. Sr.—Vista la instancia promovida por el recluta disponible del batallón Depósito de Ávila, Jorge Arribas Giménez, solicitando autorización para contraer matrimonio; vistos el artículo 9.<sup>º</sup> de la Ley de 28 de Agosto de 1878, y el 12 del Reglamento del 2 de Diciembre del mismo año; teniendo presente que los mozos del llama-

miento de 1881, fueron declarados soldados en Febrero de dicho año y que por causas agenas á su voluntad no ingresaron en caja hasta Octubre siguiente.

«S. M. el Rey (q. D. g.) ha tenido á bien conceder á éste la autorizacion que solicita para contraer matrimonio, toda vez que han transcurrido más de dos años desde su declaracion de soldado. De Real órden lo digo á V. E. para su noticia y demás efectos que correspondan.

»Lo traslado á V. E. para su conocimiento y demás efectos.

»Dios guarde á V. E. muchos años.—Valladolid 25 de Mayo de 1883.—Calleja.—Excmo. Sr. Gobernador militar de Ávila.—Es copia.»

## SENTENCIA

*del Tribunal Supremo de la Rota sobre formacion de pieza separada en incidente de pobreza.*

Vistos: Atendiendo á la índole de las demandas de divorcio, y considerando que están interesadas en su pronta terminacion la Iglesia y la Sociedad, no há lugar á la suspension de la demanda de divorcio, mientras se sustancia el incidente de pobreza que ha solicitado esta parte, alegando la opcion que concede á los actores el art. 189 de la ley de Enjuiciamiento civil.—Madrid 11 de Abril de 1871.

Así lo mandaron y firmaron, etc.

En consecuencia, pues, de esta resolucion, debe formarse siempre pieza separada sobre la pobreza por las razones indicadas, y por considerarse como juicios dobles, debe ejecutarse lo mismo en todas las causas matrimoniales y beneficiales.

—  
—  
—  
—  
—

RESCRIPTUM

*super indulgentias societatis SS. Rosarii.*

Beatissime Pater.—Fr. Josephus Maria Sanvito, Vicarius Generalis Ordinis Praedicatorum, ad Sanctitatis Vestræ pedes humiliter provolatus postulat pro gratia, qua Christifideles utriusque sexus in Societatem Sanctissimj Rosarii adscripti, in Collegiis Seminariis, et Conservatoriis conviventes, necnon illi qui ad aliquam catholicam Societatem pertinent, possint omnes lucrari Indulgentias ejusdem Societatis SSmi. Rosarii visitando propriam capellan sive oratorium.

Quod Deus, etc.

Die 8 Februarii 1874.—Pro gratia, servatis servandis.  
PIUS PAPA IX.—Concordat cum originali, quod in Archivio Nostro servatur.—*Fr. Josephus M. Larroca.*  
Mag, Ord. Prd.



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

CONSTITUTIO

DE LEGE FRANCISCALIVM TERTII ORDINIS SAECVLARIS.

LEO EPISCOPUS

**Servus Servorum Dei**

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

(Conclusion.)

Auctori autem et adiutori bonorum consiliorum Deo acceptum referre debemus, quod illis cohortationibus Nostris clausae aures populi christiani non fuerunt. Imo vero plurimis ex locis perfertur excitata erga Franciscum Assisensem pietas, auctusque passim numerus sodalitatem Tertii Ordinis expetentium. Quapropter velut incitamenta currentibus praebituri, illuc decrevimus cogitationem intendere, unde impediri aut retardari aliquatenus posse animorum salutaris iste cursus videbatur. Et primum quidem perspeximus, Regulam Tertii Ordinis, quam Nicolaus IV Decessor Noster probavit confirmavitque Constitutione Apostolica *Supra Montem* die XVIII Augusti MCCLXXXIX, non omniuo iis, quibus nunc vivitur, temporibus atque moribus respondere. Hinc cum expleri suscepta officia sine molestia et labore nimio non possint, pleraque legum capita condonare sodalitum precibus hactenus necesse fuit: quod quidem sine disciplinae communis detrimento fieri non posse, facile intelligitur.

Deinde alia quoque in eadem sodalitate erat causa, quae Nostras sibi curas vindicaret. Nimirum Romani Pontifices Decessores Nostri Tertium Ordinem iam inde a natali suo summa benevolentia complexi, Indulgentias complures et satis amplas in expiationem admissorum so-

dalibus concessere. Quarum ratio effecta est annorum de cursu perplexior: atque illud in contentionem saepe veniebat, num de pontificali indulgentia certis in causis constaret, et quo tempore, quove genere eadem uti fas esset. Certe desiderata non est Apostolicae Sedis hac in re providentia: ac nominatim Benedictus XIV P. M. Constitutione *Ad Romanum Pontificem* die XV Martii anno MDCCL tollendas priores dubitationes curavit: non paucas tamen, ut fere fit, denuo attulit dies.

Quamobrem huiusmodi incommodorum cogitatione ad ducti, ex sacro Consilio Indulgentiis sacrisque reliquiis tuendis praeposito aliquot S. E. R. Cardinales destinavimus, qui leges Tertiiorum pristinas cum cura recognoscerent; item Indulgentias et privilegia omnia in commentarium relata examinarent: adhibitoque intelligenti iudicio, hac de re ad Nos referrent, quid retinendum quidve novandum pro temporum conditione censuissent. Transacto, uti imperatum erat, negotio, ii quidem Nobis auctores fuerunt, leges veteres flecti atque accommodari ad has recentes vivendi consuetudines oportere, cum quorumdam capitum immutatione nonnulla. De Indulgentiis tvero, ne qui relinquatur haesitandi locus, prohibendique caussa periculi ne quid non iure fiat, arbitrati sunt, Nos ad exemplum Benedicti XIV sapienter utiliterque facturos, si revocatis abrogatisque Indulgentiis omnibus, quae hactenus valuerant, alias quasdam ex integro eidem sodalitio decreverimus.

Ergo quod bonum felixque sit, Dei gloriam amplificet, et pietatis virtutumque ceterarum studia magis accendant, Nos his Litteris auctoritate Nostra apostolica Legem Franciscalium Ordinis Tertii, qui *saecularis* dicitur, eo modo quo infra descripta est, novamus et sancimus. Quo tamen facto nihil demptum de ipsa Ordinis natura putetur; quam omnino volumus immutatam atque integrum permanere. Praeterea poenarum remissionibus, seu Indulgentiis, privilegiisque, quae infra in indice recensentur, eosdem sodales uti posse volumus et iubemus, sublatis penitus Indulgentiis privilegiisque universis, quae eidem sodalitio haec Apostolica Sedes quocumque vel tempore, vel nomine, vel forma ante hanc diem concessera.t

## LEX

SODALIVM FRANCISCALIVM TERTII ORDINIS  
QUI (SAECVLARIS) DICITVR.

## CAP. I.

## DE COOPTATIONE, TIROCINIO, PROFESSIONE.

§ I. Ne quos cooptari liceat, nisi maiores quatuordecim annorum, eosque bene moratos, retinentes concordiae, atque in primis sanctitate professionis catholicae probatos, spectatoque erga Ecclesiam Romanam Sedemque Apostolicam obsequio.

§ II. Nuptae, nisi sciente et consentiente viro, ne cooptentur, extra quam si secus videatur faciendum, auctore sacerdote conscientiae ipsarum iudice.

§ III. Adlecti in sodalitatem *scapulare* parvum unaque cingulum de more gerant: ni gesserint, statis privilegiis iuribusque careant.

§ IV. Qui quaeve Tertium Ordinem inierint, unum ipsum annum tirocinio exigant: mox, Ordinem rite professi sunt, deliquerint, satis facturos singuli spondeant.

## CAP. II.

## DE DISCIPLINA VIVENDI.

§ I. Sodales Tertii Ordinis in omni cultu habituque sumptuosoire elegantia posthabita, teneant eam, quae singulos deceat, mediocritatis regulam.

§ II. Choreis ludisve scenizis procacioribus, item comensationibus perquam caute abstineant.

§ III. Pastu atque potu utantur frugaliter: neve ante vel accumbant vel assurgant de mensa, quam invocato pie gratae Deo.

§ IV. Ieiunium Mariae Virgini Immaculatae, item Francisco Patri, pridie sacra solemnia, singuli servanto: admodum laudabiles, si qui praeterea vel ieiunium in sextas, vel abstinentiam carnium in quartas quasque ferias servarint, disciplina veteri Tertiiorum.

§ V. Admissa rite expianto per menses singulos: item ad divinum epulum accedant per menses singulos.

§ VI. Tertiarios ex ordine Clericorum, quod Psalmis quotidie dant operam, nihil praeterea hoc nomine debere

placet. Laici, qui nec canonicas, nec Mariales preces, vulgo *Officium parvum B. M. V.*, persolvunt, precationem Dominicam cum Salutatione Angelica et *Gloria Patri* adhibeant duodecies in dies singulos, excepto si per valetudinem non licet.

§ VII. Quibus est testamenti factio, ii suo quisque tempore de re sua testentur.

§ VIII. In familiari vita studeant ceteros exemplo antecedere: pietatis artes, resque optimas provehere. Libros vel diaria, unde pernicies virtuti metuatur, domum suam inferri, ab iisque, qui in ipsorum potestate sint, legi ne sinant.

§ IX. Caritatem benevolam et inter se et ad alienos sedulo tueantur. Componendas, sicubi possunt, discordias curent.

§ X. Iusurandum ne iurent unquam, nisi necessario. Turpia dictu, scurriles iocos fando fugiant. Excutiant se- se vesperi, num tale quidquam temere fecerint: si fece- rent, errorem poenitendo corrigant.

§ XI. Rei divinae, qui commode possunt, quotidie intersint. Ad coetus menstruos, quos Praefectus indixerit, convenient.

§ XII. Conferant in commune pro facultate quisque sua nonnihil, unde vel tenuiores é sodalium numero, praesertim affecta valetudine, subleventur, vel divini cul- tus dignitati consulatur.

§ XIII. Ad sodalem aegrotantem Praefecti vel adeant ipsi, vel mittant, qui caritatis officia expleat. Idem, in morbo ancipiti, moneant suadeant, ut quae ad expiandum animum pertinent, aegrotus tempestive curet.

§ XIV. Ad exequias sodalis demortui sodales munici- pices hospitesve convenient, simulque Mariales preces instituto Dominici Patris, id est *Rosarium*, tertiam par- tem ad caeleste demortui solatium adhibeant. Item sa- credotes inter rem divinam, laici, si poterunt, sumpta Eucharistia, pacem fratri defuncto sempiternam pii vo- lentes adprecentur.

### CAP. III.

#### DE OFFICIIS, DE VISITATIONE, DE QVE IPSA LEGE.

§ I. Oficia, advocatis ad conventum sodalibus, defen- rantur. Eadem triennalia sunt. Oblata ne qui sine caus- sa iusta recuset, neu oscitanter gerat.

§ II. Curator, qui *Visitator* audit, diligenter quaerat, satisne salvae leges. Eius rei ergo, sodalitiorum sedes in singulos annos, eoque crebius, si res postulaverit, pro potestate circumeat, coetumque habeat, Praefectis sodalibusque uiiversis adesse iussis. Si quem *Visitator* ad officium monendo iubendo revocarit, sive quid, salutaris poenae nomine, in quemquam decreverit, hic modeste accipiat, idemque luere ne abnuat.

§ III. *Visitatores* ex Primo Franciscalium Ordine, vel ex Ordine Tertio Regulari legantur, quos Custodes seu *Guardiani*, si id rogati fuerint, designabunt. *Visitatoris* munere laicis viris interdictum esto.

§ IV. Sodales nec obedientes et noxii iterum et tertium admoneantur officii sui: ni pareant, excedere Ordine iubeantur.

§ V. In his legibus si qui forte qui deliquerint, hoc se nomine culpam suscepturos nullam sciant, exceptis iis quae iure divino Ecclesiaeve legibus alioqui precipiuntur.

§ VI. Si quae huius capita legis quemquam servare caussa gravis et iusta prohibeat, eum ex ea parte lege solvi, eademve capita legis quemquam servare caussa gravis et iusta prohibeat, eum ex ea parte lege solvi, eademve capita commutari prudenter liceat. Cuius rei Praefectis ordinariis Franciscalium et Primi Ordinis et Tertii, item *Visitatoribus* supra dictis facultas potestasque sit.

## INDEX

### INDVLGENTIARVM ET PRIVILEGIORVM

#### CAP. I.

##### DE INDVLGENTIIS PLENARIIS.

Tertiariis ex utroque sexu singulis, qui admissorum confessione ritu christiano expiatí sacram Eucharistiam sumpserint, Indulgentiam plenariam consequendi ius sit, diebus et caassis quae infra scriptae sunt:

I. Die aditiali:

II. Quo die singuli Ordinem primitus profitentur:

III. Quo die ad concionem menstruam seu *Conferentiam* convenient, si modo templum aliquod publicumve

sacrarium pietatis caussa adierint, remque christianam Deo de more commendaverint:

IV. Die rv Octobris, natali Francisci Patris legiferi; die xii Augusti, natali Clarae Virginis legiferae: die ii Augusti, festo Mariae Angelorum reginae ob Basilicam eius dedicatam; item quo die solemnia anniversaria aguntur Sancti caelitis, in cuius templo sedes est sodalitii constituta, si modo ipsum templum pietatis caussa adierint, et aliquandiu ad mentem Pontificis maximi obsecrando perstiterint:

VI. Quoties, potioris vitae studio, per octo dies continuos statis animi meditationibus operam daturi secesserint:

VII. Item morituris, si sanctum salutare nomen Iesu aut voce, aut, si loqui posse desierint, voluntate imploraverint. Idem eodem iure fruantur, si nec compotes sacra Confessione atque Eucharistia, animi dolore culpas expiaverint.

VIII. Bis in anno *Benedictionem summi Pontificis nomine* accepturis, si ad mentem ipsius Pontificis Deo aliquandiu supplicaverint: itemque, hac ipsa supplicandi lege, accepturis quam appellant *Absolutionem*, hoc est *Benedictionem*, per hos dies qui infra scripti sunt: i. Natali Domini Nostri Iesu Christi: ii. die solemnii Paschatis Resurrectionis: iii. die solemnii Pentecostes: iv. in festo Sanctissimi Cordis Iesu: v. item Immaculatae Conceptio- nis B. Mariae Virginis: vi. Iosephi sponsi eius die xix Martii: vii. Impressionis SS. Stigmatum Francisci Patris die xvii Septembribus: viii. Ludovici regis Galliarum, Patroni caelestis salutaris sodalium ex Tertio Ordine die xxv Augusti: ix. Elisabeth Ungaricae die xix Novembribus.

IX. Item semel in mense, si qui *Pater, Ave et Gloria Patri* quinques pro incolunitate rei christiana, semel ad mentem Pontificis maximi recitaverint, ii iure omni ad expiandas animi labes fruantur, quo fruuntur et qui stativa in Urbe supplicia obeunt, et qui Portiunculam, Hierosolymitana loca sanctissima, aedem Iacobi Apostoli Compostellensem, religionis caussa, celebrant;

X. Quibus diebus stativae supplicationes in Missali Romano designantur, si templum sacrariumve, in quo sedes est sodalitii constituta, adierint, remque christianam Deo de more commendaverint, in eodem templo sacrariove per eos ipsos dies amplissimo iure fruantur, quo in Urbe cives hospitesve fruuntur.

## CAP. II.

## DE INDVLGENTIIS PARTIALIBVS.

I. Tertiariis ex utroque sexu singulis, si templum sacerariumve, in quo est sedes sodalitii constituta, celebraverint, Deoque pro rei christiana incolumitate supplicaverint quo die sacra Stigmata Francisco Patri divinitus impressa sunt, item festo sanctorum Ludovici regis, Elisabeth reginae Lusitaniae, Elisabeth Hungaricae, Margharitae Cortonensis, itemque aliis duodecim diebus, quos singuli maluerint et Praefectus Ordinis probarit, ea supplicatio septennis septiesque quadragenae satisfactio-nis instar sit.

II. Quoties Missae aliisve divinis officiis, vel sodalium conventibus publicis privatisve interfuerint: inopes hospitio acceperint: dissidia composuerint, componendave curarint: in pompam rite ductam prodierint: Sacramen-tum Augustum, cum circumfertur, vel comitati sint, vel, si comitari nequierint, ad campani aeris signum pre-cationem Dominicam cum Salutatione Angelica semel recitaverint: quinques precationem et salutationem eam-dem recitaverint rei christiana, vel animabus sodalium defunctorum Deo commendandis; hominem mortuum extulerint: devium quemquam ad officium reduxerint: Dei praecepsis ceterisque ad salutem necessariis quempiam erudierint: aut aliud quidpiam ex hoc genere caritatis egerint, toties singulis eorum, harum rerum singularum caussa, tercentos de poenalium dierum numero expunge-re liceat.

Tertiariis, si malint, omnibus et singulis indulgentiis supra dictis, sive *plenariis* sive *partialibus*, labes poe-nasque defunctorum expiare liceat.

## CAP. III.

## DE PRIVILEGIIS.

I. Sacerdotibus ex ordine Tertiatorum ad quodlibet altare facientibus, tribus ex qualibet hebdomada diebus, perlitare fas sit, modo ne similem perlitandi facultatem in alium diem impetraverint.

II. Qui sacrum fecerit animabus sodalium defuncto-

rum expiandis, is ubicumque veniae defuncto impetrandae perlitato.

Atque haec omnia et snigula, ut supra decreta sunt, ita firma, stabilia, rata in perpetuum esse volumus: non obstantibus Constitutionibus, Litteris Apostolicis, statutis, consuetudinibus, privilegiis, aliisque nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, et contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat has Litteras Nostras ullo modo, ullave ex parte violare. Si quis autem adversus eas tale quicquam ausit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incurrsum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octagesimo tertio, III Kalendas Iunias, Pontificatus Nostri Año Sexto.

C. CARD. SACCONI PRO-DATARIVS.

TH. CARD. MERTEL

#### VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICE COMITIBVS

*Loco*  *Plumbi.*

*Reg. in Secret. Brevium.*

I. CVGNONIVS.



## HISPA NIARUM.

Plurium sacrorum Antistitum Hispaniae Ditionis fer-  
vidis obsecundans votis sa. me. Pius Papa IX, per decre-  
tum Sacrae Rituum Congregationis sub die 21 Julii anno  
1870, ad ritum duplicis secundae classis pro Hispania  
evexit officia Sanctorum Confessorum *Ignatii de Loyola,*  
*Dominici de Guzman, Josephi Calasanctii et Sanctae*  
*Teresiae a Jesu Virginis.* Nunc vero ejusdem Catholici  
regni Rmi. Archiepiscopi Sanctissimo Domino Nostro  
Leoni Papae XIII humillimas porrexerunt preces expe-  
tentes, ut pari cultus honore alii coelites condecoraren-  
tur, qui sicut et illi in eadem ipsa regione religiosas fa-  
milias de Ecclesia benemeritas instituerunt vel mirabili

reformatione perfectius consolidarunt. Hi porro sunt Sancti Confessores *Petrus Nolascus*, ordinis Beatae Mariae Virginis de Mercede redemptionis Captivorum fundator, *Joannes de Deo*, Parens Fratrum infirmis inservientium, *Petrus de Alcantara* qui primaevum Sancti Francisci institutum exactissime reparavit, *Joannes à Cruce*, comes divinitus datus Sanctae Virgini Teresiae, ut quam ipsa inter sorores, primaevam Carmeli Ordinis observantiam instauraverat, eadem et inter fratres restitueret, ac demum *Raymndus Abbas* qui ordinem Militarem instituit in tota Europa celeberrimum et a Summis Pontificibus approbatum. Hujusmodi porro supplicia vota Sanctitas Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, peramanter excipiens praefatorum Officiorum elevationem ad ritum *duplicis secundae classis pro universo Hispaniarum regno indulgere dignata est*: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 31 Maii 1883.—D *Cardinalis Bartolinius S. R. C. Secretarius.*



LIBRARY OF THE  
ARMED FORCES LIBRARY

### NECROLOGÍA.

Dia 10 del corriente falleció en Montuiri el Pbro. Coadjutor de dicha parroquia D. Jaime Vaquer y Ballester natural de Porreras á la edad de cuarenta años.

A. E. R. I. P.

---

PALMA DE MALLORCA.  
**Imprenta de Villalonga.**